Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XI. De Theuda praestigiatore, ejusque asseclis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

λαβὼν τῆς Κλαυδίου Καίσαρος αὐτοκρατορίας. ταῦτα τὸν Ἰώσηπον μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς θείαις συναληθεύοντα γραφαῖς ἀποθαυμάζω. εἰ δὲ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως προσηγορίαν δόξειέ τισι διαφωνεῖν, ἀλλ᾽ ὅ γε χρόνος καὶ ἡ πρᾶξις τὸν αὐτὸν ὄντα δείκνυσιν· ἤτοι κατά τι σφάλμα γραφικὸν ἐνηλλαγμένου τοῦ ὀνόματος, ἢ καὶ διωνυμίας περὶ αὐτόν, οἷα καὶ περὶ πολλοὺς γεγενημένης.

Hæc Joſephus: in quibus perinde ac in ceteris, fidem illius magnoperè admiror, qui cum ſacris literis in veritate narranda adeò conſentiat. Quod ſi in Regis nomine diſcrepare quibuſdam videtur, temporis tamen ratio & res ipſa eundem eſſe confirmat: adeò ut vel nomen vitio Scripturæ depravatum eſſe oporteat, vel certè Regem hunc duplici nomine appellatum fuiſſe, quod & pluribus aliis contigit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑʹ.

Περὶ Θευδᾶ τοῦ γόητος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰσάγει τὸν Γαμαλιὴλ ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀποστόλων σκέψει λέγοντα, ὡς ἄρα κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων ἑαυτὸν εἶναί τινα. ὃς κατελύθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν· φέρε καὶ τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήπου γραφήν. ἱστορεῖ τοίνυν αὖθις κατὰ τὸν ἀρτίως δεδηλωμένον αὐτοῦ λόγον, αὐτὰ δὴ ταῦτα κατὰ λέξιν. Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ Θευδᾶς τοὔνομα, πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον, ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις, ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, δίοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης ὄνασθαι Φάδος, ἀλλ᾽ ἐξέπεμψεν ἴλην ἱππέων ἐπ᾽ αὐτούς. ἥτις ἐπιπεσοῦσα ἀπροσδοκήτως αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν. αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσιν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. τούτοις ἑξῆς καὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ, μνημονεύει ὧδέ πως.

CAPUT XI.

De Theuda præſtigiatore ejuſque ſociis.

Act. 5.
Huc refer Niceph. c. 11. l. 2.

Sed quoniam Lucas præterea in Actibus Apoſtolorum Gamalielem quemdam cum in Concilio Judæorum de Apoſtolis deliberatio fieret, loquentem inducit de Theuda quodam qui hiſce temporibus extitit, & qui cum de ſeipſo magna prædicaret, tandem extinctus eſt, omneſque qui ei fidem habuerant, diſſipati ſunt: agedum de hoc ipſo Joſephi quoque teſtimonium proferamus. Hic igitur in libro ſuperius memorato ſic loquitur. Fado, inquit, Judæam procurante, præſtigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, perſuaſit illis ut aſportatis opibus ducem ſe ad Jordanem uſque fluvium ſequerentur. Quippè ſe Prophetam eſſe ajebat, diremptiſque imperio ſuo aquis fluminis, facilem ſe tranſitum ipſis præſtiturum. Hujuſmodi ſermonibus plurimos decepit. Sed Fadus veſaniam illorum brevi compreſſit, immiſſis adverſus eos equitum turmis, qui ex improviſo illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt. Ipſe etiam Theudas ab iiſdem captus eſt, cujus caput præciſum Hieroſolyma retulerunt. Poſt hæc idem Scriptor famis illius quæ imperante Claudio contigit, mentionem facit his verbis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδος.

Ἐπὶ τούτοις γε καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, καθ᾽ ὃν καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη πολλῶν χρημάτων ὠνησαμένη σῖτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, διένειμε τοῖς ἀπορουμένοις. σύμφωνα δ᾽ ἂν εὕροις καὶ ταῦτα τῇ

CAPUT XII.

De Helena Oſdroenorum Regina.

Vide Nicephor. c. 11. l. 2.

Per idem tempus, inquit, graviſſima fames univerſam Judæam afflixit. quo quidem tempore Helena Regina frumentum quod grandi pecunia ex Ægypto coemerat, egenis diſtribuit. Quæ omninò conſentiunt cum iis quæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN